

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Menexenus, vel, de attica antiquitate, vel, epitaphius

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

facientes lucrari. Atq; ego merito ista non faciam. Nihil enim me lucraturum spero, si paulo posterius Venenum bibero, nisi ut mihi ipsi sim ridiculus, tanquam vitæ cupidus, atq; pareus eius rei seruator, cuius nihil iam amplius mihi adest. Sed age iam mihi obtempera, nec aliter facias. Crito verò his auditis annuit puero, qui longè nõ aberat. Ille verò egressus, & aliquantulum commoratus, redijt, eum qui venenum daturus erat, secũ duces. attulit autem in calice id attritum. Hunc afficiens Socrates, Cedo inquit bonè vir, tu enim harum rerum peritiam habes, quid me facere oportet? Nihil, inquit, aliud quàm post potionem deambulare quoad granari tibi sentias crura, postea verò iacere: atq; ita tu facies. Hæc dicens porrexit calicem Socrati. Socrates verò hilariter ad modum, ò Echecrates, accepit, nihil omnino commotus, neq; colore, neq; vultum mutato. Sed quemadmodum consueverat, taurine illum afficiens, quid ais, inquit? licetne ex hoc poculo nonnihil spargendo sacrificare? Tantum, inquit, ò Socrates, contriuimus, quantum satis fore putauimus. Intellego, inquit. Sed & licet, & oportet orare deos, ut felix sit transmigratio nostra. Quod equidem obsecro, atq; vti iam ita fiat. Et simul his dictis admonens, facile admodum alacriterq; ebibit. Pleriq; nostrum eo vsque retinere quodam modo lacrymas potueramus. Ac postquam & bibentem vidimus & bibisse, vterius non potuimus, sed me quidem dolor adeo superabat, ut lacrymæ largiter iam mihi profuerent. Quapropter me protegens deplorabam, non illum quidem, sed fortunam meam, qui tali amico orbatu essem. Crito autem etiam prius quàm lacrymas nequiret continere surrexerat. Sed Apollodorus nec in superiori quidè tempore unquam lacrymare cessauerat? Tunc verò præcipue voci ferans, seq; ipsum afflicto, neminem reliquit presentium, cuius vicem non deploraret, præter vnius Socratis vicem. Ille verò hæc animaduertens. Quidnam, inquit, ò viri mirabiles, agitis? Atqui ego maximè hæc ob causam mulieres abegeram, ne talia facerent. Audi ueram enim cum gratulatione & applausu esse ex hac vita migrandum. Quiescite igitur atq; tolerate. Nos uerò hæc audientes erubuimus, desitimusq; à lacrymis. Sed ipse quum inter deambulandum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus: sic enim qui venenum præbuit iusserat. Qui paulò post eum tangens, pedes & crura considerauit. Deinde grauius comprimens pedem eius, quasi nit an sentiret. negauit Socrates. Ille rursus præstitit tibias, paulatimq; manu ascendens, ostendit nobis frigere eas atq; rigere. Et ipse attigit rursus, aitq; quum ad corperuenerit, tunc esse decessurum. Iam igitur friguerant ei præcordia, cū desegens, erat enim veste coopertus, dixit, quæ uox illi extrema fuit: ò Crito, Aesculapio galilum debemus, quem reddite, neq; negligatis. Fiet, inquit. Crito, quod iubes. Sed vide num quid aliud velis. Hæc interroganti nihil ultra respondit. Sed cū paruo tempore interquiesisset, comotus est. Et minister detexit eum, atq; ipse lumina fixit. Quod quum Crito cerneret, ora oculorq; cõposuit. Hic finis fuit amici nostri, ò Echecrates, uiri nostro quidem iudicio, omnium quos experti sumus optimi, & ap-
prime sapientissimi at-
que iustissimi.

MENEXENVS, VEL DE ATTICA ANTIQVITATE, VEL, EPITAPHIVS.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



ONSILIVM Platonis in Menexeno est, cohortari omnes ad summam patrie charitatem, idemq; facit, quamvis aliter in Critone, & legibus, atque Republica. Hic verò duobus præcipud id efficit modis. Primo quidem, dum laudat illos, qui pro salute patrie pericula mortemq; intrepide subeunt. Deinde dum ipse patrie suæ antiquitatem virtutesq; laudibus miris extollit. Tu verò statim ab initio nota, philosophiam scilicet moralem viro republicanæ gubernaturæ esse summopere necessariam. Mox præclarum esse in bello occumbere, scilicet pro salute patrie, idq; confirmari ex eo, quod hoc apud omnes gentes maximè omnium honoretur. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratoris, animaduerte quam perniciose sit adulatio. Communem siquidem oratoriam in Gorgia adulationis speciem esse indicat. In Phædro autem adulatorem appellat bestiam humano generi pestilentem. Similem; affirmat impuro dæmoni, incautos animos subnoxiæ voluptatis esca continere corporis sordibus inquinanti. Hic præterea præstigiatoribus ueneficisq; adulatorem tam priuatum quàm publicum iudicat esse perniciem: quippe qui tanquam fure & homicida deterior et iniquior, non pecunias, non ipsam corporis vitam duntaxat nobis auferat, imò verò tanquam sacrilegus rem sacræ, iudicium scilicet rationis sub boni specie surripit atque subducit. Et vide quam valde decipiat. Non enim in rebus solum occultis, sed id quod mirum est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euentissima sit auita paternaq; origo? Item ipsa sui corporis magnitudo atque forma? Veruntamen in his quoque adulatorem uenefici nos circumueniunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformasse: hi uerò lenocinijs suis interiora transformant. Promde ridet Socrates oratores, quod gratiam popularem omnibus maxime mentis aucupentur, laudentq; alios supra modum, quo ipsi laudantur, remq; adeo luem graui quodam studio & diuturna præmeditatione pertractent. Aggreditur præterea quod statuerat ab initio, nempe uidelicet ad defendendam patriam cohortari, laudando uidelicet eos qui pro patria occubuerunt. Hic enim erat mos vetus Athenensium, publica concione illos laudare quotannis, atque insuper in feriis celebrare. Verùm ne supra quàm par est oratorie tribuatur cultati, asserit se orationem eiusmodi ab alio, & quidem a muliere Asia, accepisse: præsertim cum Socratici ingenij non sit oratorum more concionari. Quod potissimum ordine laudandum sit, præsertim in oratione funebri, manifestè declarat. Quod autem homines ab ab initio in Attica regione solum atque solos ex terra sponte progeneratos: ex alijs uero regionibus, e terra similiter solum bruta: vicinæque placet, accipito, siue tanquam à philosopho, siue potius oratore. Scito tamen Platoniam esse sententiam, post uastam terræ illuuiationem, ex abundantia humore atque calore sequenti post diluuium, terram adeo fecundam reddi, ut ex ea non animalia tantum pusilla, qualia nunc, sed grandia etiam, atque ipsi insuper homines uero nascantur. Quod quidem & hic & alibi sepe confirmat. Idq; plerique senserunt Aegyptiorum atque Græcorum, & Arabes multati, denique confirmarunt præcipue Alga Zeles atque Auicenna. Quæ quidem sententia Aristoteles in questionibus naturalibus vsus ex antiquorum mente inquit: Quemadmodum in paruis temporum mutationibus parua quædam ex terra pullulant animalia, ita in maioribus quoq; maiora, in maximis denique maxima atq; perfectissima. Plato autè ubi cunq; ex ipsis terræ uisceribus erunt animantes, deos artifices adhibet mundani architecti ministros. Deos, inquam, ideas specialesq; rationes in ipsa mundi uita diuinæ; intelligentia consistentes: per quas & statim post diluuium, & quotidia amantium formantur spēs, ubi cunq; corporeum speciei eiusdem semen abesse uidetur. Quod quidem fieri oportere satis in theologia probauimus. Vbi uerò nascitur hō, non solum sicut cæteris deorū adhibet manus, sed etiã quoddam Dei summi spiraculū expressioremq; imaginem. Deinde statim natis deos ipsos saltem in primis seculis tanquam duces præficit atque præceptores. Tu uerò ex his omnibus quæ Mosaisca sapientie magis consonant, prudenter eligito. Profectò id Moysi maximè congruit, quod hic, & in Protagora, & in Politico, atq; Crito

ita vult hominem aliquando ex terra autore Deo, ad Dei ipsius similitudinem fuisse procreatum. Quales autem illuminationes sint, & quantum, & quam ob causam, docebitur in Timæo. Post hæc insignis pietate vir patrie suae laudes mirifica quadam tum charitate, tum arte persequitur, ab origine prima, ab ipsa reipublice forma, à disciplina quotidiana, à rebus egregie gestis, quæ & hæc & aliud ex alijs scriptoribus manifestissime sunt. Quamobrem argumentum nostrum paucis concludamus, eiusmodi sententias annotantes. Virtuti omnia parent. Prosperitas primo emulationem parit, deinde invidiam, deinde dissensiones & prælia. Omnis possessio absq; morali virtute non solum inutilis est, sed noxia. Scientia seorsum à virtute morali, non sapientia, sed calliditas quædam est indicanda. Maiorum splendor in filijs obscurus euadit, quando per ipsorum ignavianam in posteros non transfunditur. Non est optandum, vt omnia succedant ad votum. Observandum est in omnibus proverbum veterum, Nihil nimis. Qui ita se comparauit vt ex seipso pendant omnia quæ ad beatitudinem conferunt, vel quam proximè ad hoc accedit, hic optimè vitam instituit. Noli vel lætitia exultare, vel dolore deijci. Parentes iudicare debent se genuisse filios, nõ vt immortales, sed vt boni forent. Lugubres lamentationes domesticorum molestæ sunt defunctis, si quidem illas audiant. Perpetuò quodam solenni honore prosequi decet eos, qui pro salute patrie strenuè se in bello gesserunt: eorum filij cura publica educandi, colendi quoq; parentes. Ne res ipse nobis iniqua sint, æquo sunt animo perferenda.

SOCRATES, MENEXENVS.



FORO Venis Menexene? An vnde? MEN. E foro, ò Socrates, & à Senatu. SOC. Quid tu ad senatum? AN forte quia disciplina philosophicæ finem adeptum iam & satis profectus te putas, maiora posthac aggredi studes, nobisq; senioribus ipse adio iunior imperare, vt familia vestra semper sicut solita est, aliquem nobis exhibeat consultore? MEN. Si ipse permittis, ò Socrates, consulisq; operã dabo. sin contrã, nequaquã. Nunc vero idcirco ad consiliũ profectus sum, quoniã audiueram eligendũ esse aliquẽ qui laudibus defunctos ornet. Nã, vt scis, inferias facturi sunt. SOC. Audiui equidẽ, sed quẽ potissimũ elegerunt? MEN. Nul lum. Nã in crastinũ distulerunt. Arbitror aut Archinũ vel Dionẽ electũ iri. SOC. Videtur Menexene apud plurimas gentes pclarum esse in bello occubere. Etenim qui sic è vita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. Et siue pauper quis ita decedat, laudatione nõ caret, siue et vilis quispiã & ignauus, rursus à sapientibus viris extollitur: qui non temere, sed multo tempore cõposita & consulta oratione tam egregie laudant, vt dum & q̃ sunt, & q̃ non adsunt, de aliquo p̃dicant, verborũ elegantia auditoribus aĩos quasi p̃stigijs veneficii sue qui busdã surripiant atq; subducant. Ciuitatẽ quoq; interim vt lubet, exornant, & eos qui in armis occubuerunt, maiorumq; retexunt nostrorũ originẽ. Nos quoq; ipsos adhuc viuentes extollunt. Quapropter ego quidẽ Menexene ab illis laudatus, nescio quo generosum quiddã de me concipio: cumq; illis passim aures p̃beo, mirifica suauitate demulceor, statimq; me maiore, generosiore, pulchriorem quã anteã reputo: ac sæpenumerò hospites aliqui mecũ hæc audiunt, egog; apud illos euestigio p̃stantior quã anteã reddor. nempe & illis idẽ quod mihi videtur accidere tã erga me, quã reliquã ciuitatem. Nã ab iratore protinus persuasi, mirabiliorẽ quã prius ciuitatẽ existimant. Atqui gloriofa hæc uenustas mihi plusquã tridũ manet. adeo cocinna oratio canoraq; vox oratoris ore demanãs auribus meis transfunditur, vt nix tandẽ quarta post

die vel quinta mei ipsius reminiscar, & vbi nam gentiũ sim, agnoscam. Ac tunc demũ fuisse deceptũ at aduerto, cum me antè putauerim in beatorũ insulis constitutũ. vsque adeo Rhetores apud nos ingeniosi sunt. MEN. Semper Rhetores ludis, ò Socrates. Nunc aut Vereor, ne illi qui eligitur defutura sit dicendi facultas. subita nãq; obtigit optio. Quamobrẽ cogetur fortẽ quisquis dicturus erit, ex improviso quodãmodo verba facere. SOC. Quinã, ò bone vir? singulis. n. istorum sunt orationes dudum in hoc cõpositæ. Tum nec arduũ est de his rebus absq; meditatione dicere. Si. n. oporteret vel in Pelopõneso Athenienses, vel Peloponnesiacos Athenis orare, facundo tunc oratore opus esset, qui & persuaderet, & probaretur. Quãdo aut apud eosdem se quis exercet, quos & laudat, facile eius verba laudantur. MEN. Facile ne istud existimas Socrates? SOC. Equidem. MEN. An speras eloqui posse te, si opus fuerit, & Senatus consulto eligaris? SOC. Quid mirum Menexene, me ad dicendũ sufficere, qui magistrã haudquaquam emperitam in Rhetorica nactus fuerim, quæ & alios multos eloquẽtes reddidit oratores, & vnum Græcorum oĩum præstantissimum filium Xantippi Pericle? MEN. Quãnam ista? Nunquid Aspasiã dicis? SOC. Et hæc dico, & filiũ Metrobij Cõnum. Hi nãq; duo præceptores mihi sunt, Connus quidem Musica, Aspasia Verò Rhetorica. Ita igitur eruditũ virum nihil mirum est in his eloquentem esse. Quinimò & si quis etiam deterius quã ego doctus fuerit, musicam quidem à Lãpro, Rhetoricã Verò ab Antiphonte Rhãnsio, is tamen poterit inter ipsos Athenienses, Athenienses laudando, sic eloqui, vt eius ab auditoribus oratio probetur. MEN. Quidnã habes quod in medium afferas, si te verba facere oportuerit? SOC. Ex me quidem fortasse nihil. Sed heri Aspasiã ipsã audiui funebre de his orationem dictantem. Audierat. n. q̃ & ipse dicebas, Athenienses aliquem electuros esse qui de his orationem haberet. Deinde partim mihi ex improviso quæ dicenda forent, partim meo quidem iudicio præmeditata exponens, funebrem orationem contexit, quã dixit Pericles reliquias quasdam ex illa cõponens. MEN. Nunquid recordareris quæ dicebat Aspasia? SOC. Equidem, nisi iniurius sim. Ab ea nãq; edidici, parumq; absuit quin propter obliuionem plagis illa me caderet. MEN. Cur non refers? SOC. Vereor ne magistrã mihi subirascatur, si orationem illius edidero. MEN. Nullo pacto Socrates. Verũ gratificare mihi, seu Aspasiã, siue cuiuslibet alterius orationẽ dicere placet, dicas modò. SOC. Fortẽ me ridebis, si senex adhuc iocari tibi visus fuero. MEN. Absit, ò Socrates. Dic amabo. SOC. Mos tibi gerendus est. Fermẽ nãq; si nudatum me saltare iube res, quandoquidẽ soli sumus, obsequeretur. Sed audi iam. Hunc enim in modum, vt arbitror, loqui cœpit, sumens ab ipsis defunctis exordium.

RE quidem ipsa iusta his apud nos exhibita sunt, Oratio funebri. qua iam affectu iter fatale peragunt, tam publicè à ciuitate, quã priuatim à suis magnifico sumptu, & frequenti concursu dimissi. Verbis verò laudationem addi lex iubet, ac profectò ita decet. Benè siquidẽ rebus gestis ex ipsa verborum exornatione, ad eos qui gesserunt apud auditores memoria perennis splendorq; prouenit. Ea verò opus est oratione, quæ defunctos satis laudet,

G iij Superst

Quod oratores sint deceptores.

Præclarum in bello occubere.

Vt qui in bello ceciderant laudatione ornantur & funere.

superstitibus benignè moneat, filios eorum fratresq; ad virtutis ipsorum imitatione horretur: parentes aut, & maiores alios si qui supersunt, consoletur. Qua igitur nobis talis erit oratio? Vel unde potissimum praeclaros laudare viros incipiemus, qui viuentes virtute propria suos mirifice delectauerunt, & pro salute viuentium offerre se morti non dubitarunt? Videtur itaq; mihi oportere secundum naturam ut boni effecti sunt, ita eos laudare: boni autem ideo prouenerunt, quia ex bonis traxerunt originem. Quapropter generosam primo illorum stirpem laudemus. Deinde educationem & disciplinam. Postremo narremus, ita ab eis fuisse res gestas, ut maxime decebat eos, qui essent ex talibus oriundi, & ita postmodum educati. Prima quidem generis horum laus est, quod maiorum origo haud peregrina fuit, neq; successores hos ita hic reliquit velut inquilinos nouosq; hoies, ex aduenis genitos: sed indigenas ac reuera in patria habitantes, viuentesq; & nutritos non à nouerca quidē, ut alij, sed ab ipsa matre ipsorum regione quā habitauerunt: in qua & nunc cōduntur vita functi, ipsis videlicet in visceribus eius q̄ peperit eos, & nutrit & excepit. Par est .n. matre ipsam ante oīa honorare: nam ita maxime horum genus excolitur. Est aut regio hac non solum nobis, sed oībus hominibus celebranda, cum alijs multis de causis, tū ex hoc praecipue quia Dijs charissima est. Quod testatur Deorū de hac inter se concertatio. Ea verò qua à Dijs laudata est, cur nō à cunctis hoībus collaudetur? Altera eius laus erit, quod eo tēpore quo tellus oīa aī alia omnigena producebat, ferax, & pascentia oīa, terra duntaxat nostra ad hac sterilis erat, agrestibusq; aī alibus vacua. proprie verò ex oībus aī antibus hoīem genuit, qui ceteris intelligentia praestat, solusq; ins ac Deos aī aduertit. Quod verò hac regio & eorum quos pro concione celebramus et nostros maiores progeniuit, hinc euidentissime licet cognoscere: quia oē quod gignit, alimentum conueniens genito continet. Quo plane discernitur mulier illa q̄ peperit, ab ea qua infantem simulando supposuit: nam q̄ peperit, lacte abundat ad eius quod genitum est alimoniam, alia verò nequaquam. Tellus itaq; nostra materq; perspicuum argumentum praebet, quod hoies procreauerit. Nam & sola & prima tunc pabula humana porrexit, tritici hordeiq; fruges, quibus cōmodissime genus hoīum alitur, ut potē qua verē aī al id produxerit. Potius autem de terra quam de muliere coniectare id licet. Neq; .n. terra mulierem conceptu partuq; sed terram mulier imitatur. huiusmodi verò pabulum sine inuidia non hoībus solum abunde, verumetiam brutis subministravit. Post haec oleū laborum subsidium natis suis suppeditavit. Nutritis aut adultisq; filijs principes pceptoresq; Deos induxit. Quorum nunc praetermittenda sunt nomina. Neque .n. nos latet qui vitam nostram munierint, tam artium inuentione ad quotidianum victum spectantium, quam traditione peritiarū, armorum ad regionis ipsius custodiam. Ita maiores horum geniti atq; educati Remp. instituerunt. qua de, recte habet, si paucis dicamus. Res enim publicum educatio est, bona quidem bonorum, & contrariorum verò contraria. Quod ergo in praeclara Republica enutriti sunt nostri maiores, declarandum est, per quam & illi hi boni viri, ex quibus sunt qui à vita migrarūt. Eadem nanque Resp. quondam & nunc, optimatum vi-

Attica tel-
lus hominē
primo pro-
duxit.

delicet gubernatio, sub qua & his temporibus ac ferme semper ex eo tempore degimus. Eam quidam popularem vocant, alij aliter, utcumq; placet. Est aut reuera haec optimatum cum quadam autoritate populi gubernatio. Semper .n. nobis reges sunt, alias generis successione, alias electione creati, sed autoritatis ciuitatis plurimum apud populum, qui semper his qui optimi iudicantur magistratus impertit. Vbi neq; parentū debilitate vel paupertate vel ignobilitate quisquā reijcitur, neq; contrarijs de causis honoratur ut in alijs ciuitatibus fieri solet. Sed haec est summa. Quicūq; sapiens aut bonus habetur, dominatur & imperat. Causa nobis gubernationis huius, ex aquo generatio est. Alia siquidem ciuitates sunt ex varijs dissimilibusq; generibus constitutae: quo fit, ut inaequales sint & gubernationes, tyrānides, paucorumq; potentia. In quibus ita hoies viuunt, ut se inuicem partim dominos, partim seruos existimet. Nos aut nostriq; una ex matre oēs, fratres inuicem geniti, haud arbitramur inuicem nos dominos & seruos esse: sed generationis aequalitas nos inducit, ut & leges quaramus aequalitate, neq; rei prorsus ulli nisi opinioni virtutis prudentiaq; cedamus. Quapropter & nostri & hoīum parentes, & hi honeste creati, & in oī libertate nutriti, multa atq; praeclara facinora apud oēs gentes notissima priuatum & publice ediderunt, existimantes libertatis gratia tā aduersus Gracos pro Gracis alijs quam aduersus barbaros pugnandis esse pugnandum. Enimvero quo pacto in bello iuuerint Argiuos quondam aduersus Cadmiōs, & Heraclidas aduersus Argiuos, cū Eumolpus & Amazonēs, ac et cū his superiores regionem inuaderent, nimis angustum tps est pro dignitate referre, & poetarum virtutem eleganter Musica celebrantes in oēs gēdiuulgauerunt. Quare si nos eadem nudo sermone repetere nūc aggredieremur, forte videremur illis esse secūdi. Haec igitur ob hanc causam arbitror dimittenda, quandoquidē pro dignitate iam satis celebrata videntur. Qua verò nondum ut rerum dignitas exigit, à poetarū aliquo decantata sunt, necdum tamen ab obliuione quisquā vindicauit, haec nobis p̄dicanda nunc arbitror, ut & nos ea laudemus & adiuuemus, prouocemusq; alios ad eadē odīs alijsq; carminibus ut decens est exornanda. Eorum aut qua dico, prima haec extat. Persas profecto cū Asia imperarent, & Europa dominarentur, regionis huius hoies primi inhibuerunt, hinc quidem oriundi, nostri aut progenitores: quorū meminisse, virtutemq; laudare & oportet in primis & decet. Ea nanq; nosse oportet, si qua sufficienter laudaturus sit res ab illis eo in tēpore gestas, quo Asia oīs tertio iam regi seruiert. Quorū primus Cyrus magnitudine quadam aī ciues suos Persas in libertate redigens, simul dominos Medos subiecit, totiq; Asia vsq; ad Aegyptum imperauit. Filius aut eius Aegyptum quoq; & Libya, quousq; penetrare dabatur. Tertius Darius, pedestri pugna vsq; ad Scythas extendit imperium. Nauali, aut, mari, & insulis est dominatus. Quo factū est, ut repugnare illi nullus auderet. Animi quidē hoīum oēs seruili quadā formidine abiecti iā erāt: adeo multa, frequentes, & bellicose gentes sub Persarū imperio tenebantur. Nos autem Eretriosesq; accusans Darius quasi Sardibus insidiaremur, & hanc belli occasionem nactus, quingenta hominum milia clasibus misit, naues

Verò

Verò trecentas, hisq; Datim profecit, atq; illi mādauit, ut captiuos ad eum Eretrienſesq; Athenienſes duceret, ſi caput illi ſuum charum eſſet. Ille nauibus aduectus Eretriam, vbi viri non pauci erant, ac præterea in rebus bellicis inter Græcos eorum temporum illuſtriſſimos numerabantur, triduo eos captiuos fecit, ac oem regionem ſic explorauit, ut ne ulli eſſet effugiendi locus: hoc ſcilicet modo. Nempè ad fines Eretria profecti milites eius, & à mari in mare ſeſe extendentes, diſcurſetesq; iunctis inuicem manibus vniuerſam regionem protinus percurrerunt, ut regi referre poſſent, neminem ſe ſubterfuſiſſe. Eodem conſilio ex Eretria Marathone deſcenderunt, ut pote quod illi ad id artiſſimū erat, ut Athenienſes vna cum Eretrienſibus quaſi ſub eodem iugo duceret captiuos. His aut partim quidem ita peractis, partim verò tentatis, nullus Græcorum præter Lacedæmonios Eretrienſibus Athenienſibusue ſuccurrit. Et ſequenti poſt pugnam die venerunt. Ceteri aut oēs perterriti ſunt, ac bene ſecum agi putantes ſi periculum præſens euaderent, quieverunt. Ex hoc intueri licet quanta illorū virtus fuerit, qui in Marathone barbarorum impetū ſuſtinerunt, eorumq; ſuperbiam domuerūt. Primi ſane de barbaris triūpharunt, & exemplo reliquis oſtenderunt, Perſarū vim haud inexpugnabile eſſe, imò verò & multitudinem omnem, & diuitiarū copiam virtuti parere. Eos equidē viros non modo noſtrorū corporum genitores, ſed & libertatis tum noſtra, tum oīum qui in hmoi habitant continentis, autores arbitror extitiſſe. His namq; exemplis prouocati poſteriores Græci in ſequentibus bellis pericula oīa pro ſalute ſua ſubire nō dubitarunt, diſcipuli profectō illorum qui in Marathone Perſas proſtigauere. Primam itaq; palmā oratione illis tribuere decet, ſecundā verò ijs qui circa Salaminā Artemiſiumq; hoſtes p̄lio nauali vicerunt. Multa nēpè ab his viris geſta narrare poſſemus, quanta pericula terra mariq; imminentia ſuſtinerint, ſuperauerintq; quod aut præ ceteris egregium puto, nunc referā. Nam quod reſtat poſt bellum Marathonicum, perfecerunt. Siquidē qui in Marathone certarunt, hoc tantū Græcis demonſtrauerūt, quod terreſtri pugna pauci quidem Græci multorum impetum barbarorum frangere poſſent. Maritima verò victoria adhuc incerta, exiſtimabanturq; Perſe in maritimis prælijs, & multitudine & diuitijs arteq; & robore inexpugnabiles eſſe. Hoc itaq; in his qui tunc nauibus pugnaere, laude dignum eſt, quod metum Græcis inſitum penitus depulerunt, feceruntq; ne amplius nauium virorumq; numerū pertimeſcerent. Vtriſq; his factum eſt, tū in Marathone terra pugnantibus, quā in mari poſtea circa Salaminam, ut reliqui Græci & docerentur & prouocarentur, ab illis quidem terra, ab his aut mari, ad prælia contra barbaros intrepidè cōmittenda. Tertium aſſero quod in Platæis geſtū eſt, & numero & virtute, ſalutis Græcæ cauſam extitiſſe. Cōmune verò id iam Lacedæmonijs, & Athenienſibus facinus. Igitur oēs hi Græci in ſummis à nobis, & à poſteris laudabuntur. Poſt hæc multa inſuper Græcorū vrbes adhuc ſub barbaris erant. Rex autē minabatur Græcos ſe iterū inuaſurū. Decet profectō illos cōmemorare, qui ſuperiorū operibus ſalutis extremā manum impoſuerunt, cum oēm ex mari barbariem depuliſſent. hi verò fuerunt qui circa Eurymedontem claſſe pu-

gnarunt, & in Cyprū militaturi ſe contulerunt: itemq; in Aegyptum nauigauere, plurimasq; alias terrarum oras peragrarunt. Horum meminiffe oportet, his gratia eſt habenda, quod regem perterritum cōgerunt de ſalute ſua cogitare potius quā ad Græcorum perniciem inſidias tendere. Atq; id bellum per oēs vrbes diſfuſum fuit, dum Græci ſeipſos omnesq; linguæ eiſdē hoſes aduerſus barbaros tutarentur. Pace verò demum conſecta, honoratq; ciuitate, contigit ei quod ſolet ab hoībus in eos qui bus proſperè res ſuccedunt oriri, primo quidem emulatio, ab emulatione deinde inuidia, q̄ hanc ciuitatem in uitam in bellum cum Græcis gerendū traxit. Poſt hæc into bello in Tanagra congreſſi ſunt, pro libertate Bœotiorū aduerſus Lacedæmonios concertantes. Cumq; incertus pugna eſſet euentus, quod poſtea ſecutum eſt, rem ipſam aperuit. Pleriq; ſane auſugerunt, deſtituentes Bœotios, quibus auxilium allaturi conuenerant. Noſtri aut die tertia in Enophtis potiti victoria, eos qui iniuſte fugerāt, iuſte reduxerunt. hi vtiq; primi poſt bellū Perſicū Græcis gratia libertatis auxiliati contra Græcos, vtri quidē p̄clari, & libertatis autores his quibus opem tulerant, his in monumentis honorati à ciuitate priores ſunt poſiti. His verò peractis, cum increbreſceret bellum, Græciq; omnes ſumptis armis regionem deuaſtarent, vbiq; non dignam gratiam redderent, eos noſtri nauali p̄lio ſuperarunt, & eorum duces Lacedæmonios cōphenderunt: quos quāuis iugulare liceret, dimiſerunt, pacemq; firmarunt, exiſtentes aduerſus eiſdem generis homines ad victoriam vsq; pugnandum, neq; ob propriam ciuitatis indignationem Græcorum cōmunionem penitus diſſoluendam, ſed aduerſus barbaros ad necem vsq; certandum. Hos itaq; laudare viros decet, qui hoc bello peractō hic ſacent, quoniam oſtenderunt inanem eſſe illorum ſuſpicionem, ſiqui Athenienſium virtuti diſſi opinentur in primo contra barbaros bello alios quosdam præſtantiores Athenienſibus extitiſſe. Hi n. omnis cum Græcia ſeditionibus agitare tur, ipſiq; viros ceteris Græcis præſtantiores bello ſuperatos comprehendentiſſent, declarauerunt eos ſeorſum ſe vincere, quibus cum communiter barbaros expugnauerant. Tertium poſt pacem hanc bellum improviſum & graue exortum eſt, in quo cum multi fortesq; viri occubiſſent, hic conduntur. Quorum multi circa Siciliam plurimis ſunt potiti victorijs pro ſalute Leontinorum, quibus iure iurando adſtricti opem ferebant, quo fœdere ad ea loca nauigauerant. Cum verò diuturna eſſet nauigatio, ac interim rerum diſcrimine penuriaq; ciuitas premeretur, neque illis poſſet ſuccurrere, negatis ſubſidijs res eorum haud proſperè ſucceſſerunt. Quorum hoſtes belloque aduerſarij maiorem temperantiæ virtutiſq; laudem quā amici aliorum habent. Multi præterea nauali bello per Hellespontum die vna omnes aduerſariorum naues ceperunt, plurimasque alias deuicerunt. Bellum verò id circò inſperatum durūque vocari, quia nullus exiſtimaret reliquos omnes Græcos contra ciuitatem tam acerrimo ſtudio contentionis accendi, ut regem illum barbarum inſenſiſſimum quem vna nobiſcum expulerant, rursus per legatos ad bellum Græcis inferendum irritare non dubitarent, & vniuerſum tum Græcos, tum barbaros ad hanc vrbeſem obſidendam colligere. Vbi præcipue potentia, virtusq; ciuitatis huius effuſiſſe.

Nam

Nam cum existimarent eam iam succubuisse, nauesq̄ ob-
fessa circa Mylenen essent, ipsi auxilium laturo sexa-
ginta naues ingressi, viri quidem sine controuersia fortes,
hoste prostigarunt, liberarunt amicos. cum indigno casu
circumuenti, non aut mari interfecti essent, hic iacent.
Quorum semper cum laude meminisse decet. Nam illorū
virtute non modò tunc ex nauali certamine, sed reliquo
etiam pralio victoriam reportamus. Etenim propter illos
tantam est nostra ciuitas gloriā consecuta, vt nunquā
expugnari posse nec ab omnibus quidem hominibus crede-
retur. Quod certè haud procul à veritate abest. Neq̄. n.
aliorum insidijs viribusq̄, sed propria diffensione deuicti
sumus. Nempe nunc èt ab exteris sumus inuicti. Sed ipsi
nos expugnauimus, nobis ipsis succubimus. Post hæc tē
pora pacatis oibus, cumq̄ alijs pace cōfecta, intestina no-
bis seditio coorta est, in qua se ita gesserunt, vt si quidem
oīno satis decretum esset, homines seditionibus agitari,
nemo videatur aliter agrotare patriam optaturus. Nam
ex Piræo & Vrbe quā benignè atque domesticè præ-
ter ceterorum Græcorum opinionem ciues inuicē conflixerunt
bellumq̄ aduersus eos qui Eleusine erant concitū,
quā moderatè transigerunt atq̄ sedarunt? Horū profe-
ctō oīum alia nulla est causa præter veram ipsam cogna-
tionem, quæ amicitiam firmā atq̄ cognatam non sermo-
ne, sed re his hominibus indidit. Oportet aut̄ eos etiam
qui hoc in bello mutuis vulneribus conciderunt, memoria
colere, & vt cūq̄ possumus, inter se eos conciliare votis
sacrificijsq̄, pro illis qui superauere peractis, quandoquidē
& nos conciliati sumus. Neq̄. n. i. probitate inimicitijsq̄,
sed infelicitate quadam manus inuicē conseruerunt. Ha-
rum verò testes sumus ipsi superstites. Nam cum illis ge-
nere coniuncti simus, mutuo damus veniam, & recipi-
mus, siquid vel in alium intulimus, vel perpepsi sumus
ab alio. Deinde cū in summa rerum tranquillitate quie-
sceret ciuitas, barbaris quidem ignoscebat, quod infesta
ri ab illa satis fortiter repugnauerant. Græci aut̄ indig-
nabatur, quia pro acceptis beneficijs iniuriam quandoq̄
retulerant, dum societatem cum barbaris iniret, nauesq̄
quibus fuerant seruati, diriperent, dissiparentq̄, muros
quibus nos mœnia eorū ne corruerent, quandoq̄ defendis-
semus. Instituit itaq̄ ciuitas vtrā haud tueri Græcos,
siquando vel à Græcis, vel à barbaris opprimerentur. Cū
verò nos in hac esse mus snā constituti, putarentq̄ Lace-
dæmonij nos libertatis tutores iacere, opus verò suum fo-
re posthac, vt alios subiugarent, sic egerūt. Quid multis
opus est verbis? Neq̄. n. vetera, neq̄ multis retrò seculis
gesta dicere qua sequuntur. Neq̄ nos latet, perterritos
Græcorum primos Argiuos, Bœotios, Corinthios auxi-
lium ciuitatis huius implorauisse. Quodq̄ oīum diuinissi-
mum est, rex ipse tanta est indigentia pressus, vt non a-
liunde quā ex hac ciuitate, quā omni studio diruere
eonatus fuerat, salutem suā tutari posse cōsideret. Enim
verò si quis hanc ciuitatem incusare iure voluerit, hoc dū
taxat obycere poterit, quod misericordia nimis semper af-
ficiatur, diligentiusq̄ subleuat succumbentē. Ea siquidē
tempestate tolerare non potuit, quodue instituerat vtrā
seruare. Decreuerat sane nullis inquam eorum à quibus
iniuriam accepisset, succubentibus opē ferre. Mutauit ta-
men propositū, & auxiliū præstitit. Vnde Græcos libe-
rauit à seruitute, ita vt liberi vixerint, donec ipsi se in-

uicem subiugarunt. Regi verò succurrere ausa est mini-
mè. Verebatur. n. triumphos ex Marathonē, Salamina,
Plateis antea reportatos. Sed quum sineret exules, & vo-
luntarios adiutores illi fauere, sine controuersia eū quoq̄
seruauit. Structis aut̄ muris, fabricatisq̄ nauibz, bel-
loḡ suscepto quando coacta est bellum gerere, pro Patriorū
salute contra Lacedæmonios dimicauit. Metuens verò cr-
uitatē rex, postquam Lacedæmonios viderat nauale bellū
renuere, & idcirco deficere volens, postulauit Græcos qui
in continenti erant, quos prius ipsi Lacedæmonij exhibue-
rant, si propugnandū foret nobiscū ceterisq̄ belli socijs, ar-
bitratus hoc sibi negatum iri, quo deficiendi à nobis occa-
sionē nāsceretur. Vbi à propugnatoribus socijsq̄ alijs est
deceptus. Nāq̄ exhibere illi voluerunt, conuenientiq̄ in-
reirando adhibito Corinthij, Argiui, Bœotij, ceteriq̄
belli socij, si daret pecunias, vt eos illi qui in continenti e-
rant Græcos traderet. Soli verò neq̄ tradere, neq̄ iurare
tunc ausi sumus, vsque ad eō mos ciuitatis huius genero-
sus, liber, constans, integer, & natura barbarus est in-
fensus, propterea quod hoies hi absq̄ vlla barbarorum cō-
mixtione puri integriq̄ sunt Græci. Neq̄. n. miscetur ni-
biscum Pelopes, aut Cadmij, aut Aegyptij, Danaie,
alijsq̄ permulti, natura quidem barbari, lege si lūmodo
Græci, sed ipsi Græci duntaxat nulla profusus infecti bar-
barorum confusione persueramus. Quæ quidē puritas o-
dium huic ciuitati aduersus genus alienū ingenuit. Sola
rursus puriq̄ ex hoc persuer animus, quod opus profanum
perpetrare nolimus, Græcosq̄ barbarorū manibus trade-
re. Ad hæc igitur descendentes, ex quibus primo supra
iisumus, fauente Deo, feliciter quā tunc bellū pūi-
mus. Nā retinentes naues, muros, nostrasq̄ colonias, bel-
lo liberati sumus: ad eō libenter & hostes ipsi destiterunt.
Viros tamen fortes hoc quoq̄ in bello amisimus, parim
apud Corinthū regionis asperitate, & angustia intercep-
tos, parim prodicione apud Lecheū prostigatos. Insignes
quoq̄ viri, qui & regem liberauerunt, & ex mari Lacedæ-
monios expulerūt. Quos ego equidē in memoriā volis re-
duco. Vos aut̄ viros hmoi collaudare celebrareq̄ decet.
Atq̄ opera quidē hæc virorū hic iacentiū, ceterorumq̄
oīum quicūq̄ pro patria obierūt, quæ relata sunt, multa
sunt, atq̄ præclara: sed quæ restant, plura admodum
præstantioraq̄ sunt. Atqui dies multi vix noctesq̄ suf-
ficerent, siquis oīa cōplecti voluerit. His ergo memoriā
repetitis, Numquēq̄ virū oportet natos horū assidue ex-
hortari, ut tanquā in bello maiorū suorum ordine seruent,
neq̄ per ignauiā anfugiant. Equidē, o virorū pstantium
fily, vos ipse & in pstantia exhortor, & in posterū quem-
cūq̄ vestrum nactus fuero, admonebo semper, & cohorta-
bor, vt quā optimi euadere cōtendatis. Nunc quoq̄ pat-
est vobis referre quæ nobis patres vestri sinxerunt, mādā-
runtq̄ posteris prædicare siquid paterentur, cum foret pe-
riclitandū. Recensebo igitur vobis in pstantia quæ ex il-
lis ipsis audiui, quæ ue ipsi nūc vobis, si facultas daretur,
libenter piciperent, coniecturā equidē ex illis quæ quondā
dicebant, facio. Existimate verò nunc q̄ referā illos ipsos
audire loquentes. hunc aut̄ in modum exorsū sunt. Quid
ex pclaris parentibus orti estis, o filij, pstantia vobis testā-
tur: profectō cum nobis liceret turpiter viuere, honeste
emori maluimus, quā vos ceterosq̄ posteros infamia
eniquam subycere, ac parentibus nostris maioribusq̄
dedec

dedecori esse, putantes homini suos dedecoranti non esse iudicandum. ei nanque neque in vita, neque post mortem amicum aliquem esse, vel hominum, vel deorum. Oportet igitur vos verborum nostrorum memores, siquid aliud exercetis, cum virtute exercere, scientes absque virtute exercitationes et possessiones omnes turpes malasque esse. Diuitia namque splendorem afferunt nullum eas cum ignavia possideri: neque enim sibi hic, sed alteri parat possideri diuitias. Neque forma corporis atque robur timido ac prauo cum insunt, decorem praestant. Eum nanque dedecent, notiosem efficiunt, ignauitiam patefaciunt. Praeterea scientia quauis remota iustitia aliaque virtute non sapientia, sed calliditas esse videtur. Quorum causa et primo, et postremo, atque per omnia omni studio diligentiaque contendite, et nos, et maiores nostros virtutis gloria superetis. Alioquin scitote, si vobis virtute praestemus, victoriam hanc nobis dedecus allaturam, sin superemur a vobis, felicitatem. Ita vero maxime nos quidem superabimur, vos autem superabitis, si ea ratione vitam institueritis, ut maiorum gloria non abutimini, neque eam ut ita dixerimus, expendatis erogetisque, scientes viro aliquid esse se existimari nihil turpius posse accidere, quam se ipsum honorandum non propriam ob virtutem, sed propter gloriam superiorum praebere. Gloria enim parentum natis praeclarus est magnificusque thesaurus. Vti vero pecuniarum honorumque thesauro, et hunc ad posteros non transfundere, propriae possessionis gloriaque defectu, turpe, et a viri generositate penitus alienum. Si igitur hac exercueritis, vita demum facta exactis chari ad nos filij charos parentes proficiscimini. Sin autem neglexeritis hac, et improbi euaseritis, nemo vos libens excipiet. Natis quidem nostris hac sint dicta: patres autem nostros, ac matres sicut nostrum superant atque consolatione indigent, consolari oportet, quia deceat facile quacunquē acciderint ferre, neque cum illis vna deplorandus est casus. Lamentationibus enim aliorum non indigent: satis enim sors tristitia illis inferet. Mederi profecto lenireque oportet, et in primis illud commemorare, quod maxima eorum quae exoptare solent, exaudientes dii iam tribuerunt. Neque enim immortales sibi filios dari, sed bonos et illustres optabunt. Cuius quidem voti compotes effecti sunt, quod maximum existimandum est bonum. omnia vero mortali viro ad votum in vita succedere, haud facile est. Atqui si sortem forti animo tolerabunt, videbuntur reuera fortium filiorum parentes ipsique fortes esse. Sin autem dolori succubent, suspicionem hominibus inferent, ne forte aut parentes nostri minime sint, aut qui nos laudibus efferunt, mentiantur. At horum neutrum enenire oportet, imo vero laudatores nostros re ipsa praecipue illos esse, ostendentes se reuera parentes viros esse uiuorum. Enimvero vetus illud prouerbium, nihil nimis, scite dictum videtur. Nam qui ita se comparauit, ut ex ipso pendeant omnia quae ad beatitudinem ei conferunt, aut quam proxime ad hoc accedat, nec ex alijs pendeat hominibus, qui si vel bene vel male agant, hic sua quoque mutare cogatur: is optime vitam instituit, temperans, fortis, prudens is est: hic siue pecunias nanciscatur ac filios, siue amittat, prouerbio semper parebit. Nunquam enim nimis aut laetitia exultabit, aut dolore deicietur, propterea quod ipsi pareat. Tales esse et nostros debere iudicamus, et volumus. At-

qui et in praesentia nos ipsos tales penitus exhibemus, haud certe perturbatos, vel nimio metu percerritos, si nunc vita decedere nos oporteat. Oramus quoque patres nostros ac matres, ut similiter affecti vitam futuram agant, scientes quod non lamentationibus euolationibusque maxime nobis gratificabuntur: verum si quis est his qui defuncti sunt, sensus uiuentium, ita maxime nobis molesti futuri sunt, si se ipsos perdidissent, et inique sortem tulerint: sin autem moderate ac leuiter, nobis summo opere obsequentur: nostra porro eum iam finem habebunt, qui hominibus est pulcherrimus. Quamobrem collaudanda sunt potius quam defendenda. Profecto si uxores nostras filiosque tuebuntur, et nutriunt, et his incumbunt, ita maxime casus obliuioni mandabunt, pulchriusue et rectius nobisque gratius vitam agent. Hac igitur nostro nomine nostris predicare sufficet. Ciuitati vero mandamus, ut parentum nostrorum filiorumque curam habeat, et hos quidem honeste erudiat, illorum vero senium digne foueat. Cognouimus certe vos, etiam si hac minime praeceperimus, optime curaturos. Hac igitur, o filij defunctorum atque parentes, ut moneremus illi mandauerunt: ego vero quantum possum, diligentissime moneo, eorumque nomine obsecro, iuniores quidem, ut praeclaras suorum res imitentur: seniores autem, ut de se optime sperent. Nempe senectutem uestram priuatim publiceque alemus: et quaecumque ex illorum progenie nati fuerimus, summa beneuolentia complectemur. Ciuitatis vero prouidentiam ipsi minime ignoratis, qua statutis legibus, parentes et filios eorum qui in bello interiire, tutatur, et ante alios ciues summo magistratu talium committit curam, ne ulla prorsus iniuria parentes horum afficiantur. Filios autem educat ipsa, studetque ut illis ignota sit orbitas. Nam ipsa parentis gerit vicem et dum pueri sunt, et cum ad maturam aetatem uenerunt, ad officia sua transmittit, omni armatura fulcit, et ornat, patris studia ostendit, et memorat, dum paterna virtutis tribuit instrumenta. Ac simul auspicio gratia iubet tunc primum domum paternam ingredi filium quasi imperaturum, et armis cum robore fultum. Eos praeterea qui decesserunt e uita, honorat, ceremonias quotannis lege decretas communiter cunctis instaurans, quae priuatim unicuique proprie peragi solent. Gymnica item certamina equestris instituit, musicosque ludos varios adhibet. Ac profecto quod ad defunctos spectat, heredis et filij subit conditionem: quo ad filios, patris: quo ad parentes ceterosque huiusmodi, curatoris, omni diligentia semper omnibus prouidens. Quarum rerum animaduersione quae acciderunt, a quo animo ferre debetis. Nam hoc pacto et mortuis, et uiuentibus eritis gratiores, facileque curabitis, et facile curabimini. Nunc vero vos, ac ceteri omnes qui communiter secundum legem eos qui natura cesserunt, iam lugubribus expiationibus profecuti estis, abite. Hic est, o Menexene, Aspasia Milesiae sermo. MEN. Per Iouem, o Socrates, beatam dicis Aspasia, si cum mulier sit, tales potest orationes componere. SOC. At si minus credis, sequere me, dicentem ipsam audies. MEN. Sape numero cum Aspasia fui, Socrates, et qualis sit, noui. SOC. Cur igitur eam non ueneraris? Cur non habes propter hanc orationem illi gratiam? MEN. Ingentem equidem habeo gratiam mulieri huic, seu viro, quisquis tibi orationem hanc

hanc tradidit. Ac praeter ceteris multis narranti gratiam habeo. s o c. Bene quidem. Sed ne me prodas, ut deinceps multas eius praeclarasq; de civilibus rebus orationes tibi recenseam. M E N. Bono animo es. Non prodam. Referas modo. s o c. Fiet ut postulas.

REIPVB. PLATONIS,
VEL, DE IVSTO.
DIALOGVS I.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



VANTO oculus praestat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, finis omnibus quae diriguntur ad finem, status motui, aeternitas tempori, tanto contemplatiua vita aeternitas praestare videtur. Contemplatio enim actionis & principium est et finis, ducitq; illam pro arbitrio atque sistit, iubens denique inferiores motus, externamq; definire actionem, ut intrinseca stabilitasq; actio liberior tandem possideatur. Sic utique ab ipsa contemplatione Dei caelestes naturalesq; motus, & actiones omnes tanquam a principio ducuntur, & reducuntur, veluti ad finem. Quamobrem Plato noster eo saltem ceteris ciuitatum legumq; conditoribus excellentiore, quo ceteri quidem velut humani ad actionem magis ciuitatem instituerunt, ipse vero quasi diuina actionem ciuitatis omnem tam publicam quam priuatam potissimum perducit ad contemplandum, ciuitatemq; constituit superius antequam orbis dominam, neq; tam multis timendam, quam cum suis gentibus venerandam, caelestem quasi Hierusalem pro viribus in terris expressam, in qua sublati propriae possessionis gratia contentionebus comunia sint pro ipso iure natura omnibus omnia, communis sit copia, firma concordia, ceterorum una voluntas, ideoq; ad contemplandum semper expedita tranquillitas. Componit autem integram absolutam Reipublicae formam denario librorum numero numerorum omnium integerrimo, numeros tum intra se numeratos continente, tum ex se innumeros replicante. Atque, ut saepe his in libris praecipue in secundo declarat, totam disputationem de iustitia a nobis inscribi mandauit, quam de Reipublica docens, ut arbitror, rem omnem actionemq; & publicam & priuatam, non ad copiam, non ad potentiam, non ad victoriam esse, sed ad ipsam iustitiam penitus referendam. Quae quidem iustitia omni sublata perturbatione, expulsisq; contentionebus impedimentis ciues tandem reddit expeditissimos ad verum inuestigandum, deumq; colendum. Eiusmodi vero contemplationem atq; cultum Plato noster iudicat praecipuum reipublicae finem: ut quod neque vnus, si solus naxerit, neque plures si simul habitauerint, sine lege efficere possunt, multi saltem ciues communi lege in vnum ciuitatis catum congregati perficiant. Praeterea docet nos Timaeus, & Critias ante ingentem terrarum inundationem Athenas alias extitisse, & apud Graecos, & apud Aegyptios, simulibus inter se legibus gubernatas, quas dea Pallas condidit, educavit, & docuit, eamq; illis tradidit reipublicae formam quam in his libris Plato conscribit. In libris vero de Legibus reipublicam ex gubernatione Cretensi, ex Lacedaemonia, & Attica noua componit, ipsamq; compositionem a Deo inchoat legum omnium autore. Verum ut ad praesentia redeamus, hanc quoque reipublicam felicibus auspicijs exorditur ab ipsis diuina sapientia sacris, a seniorum consuetudine atque consilio, a religiosa iustitia atque sanctitate. Ex eo enim quod & vota Deo, & sua cuiq; reddenda dixerat, incipit iam de priuata quadam iustitia disputare, per quam ad publicam opportune suo loco transibit. Tu vero mento in his a Platone significari, absq; diuina humanaq; iustitia, seniorumq; consilio, ac sapientia diuinae fauore, non posse ciuitatem vel ab initio constitui prospere, vel constitutam feliciter gubernari. Deinceps argumentum primi libri perstringens, ex plurimis grauiusq; praecipue necessaria quadam excerptam. Moderata iuuentus facilem efficit senectutem, immoderata difficilem. Qui corporis obsequitur libidibus, proculdubio insanis seruit tyrannus. Animus in senectute sedatis perturbationibus quas secum affert iuuentus, segregatus a corpore, diuina proprius & apertius inspicit. Innocentia sola optimam in posterum spem animo praebet, vincum uitae solamen. Vir sane mentis ad id in primis pecunias esse vtilis iudicabit, ut quicquid

vel Deo vouerit, vel homini promiserit, aliterq; debuerit, implet, neq; ob paupertatem adducatur aut mentiri cuiquam, aut vlla in re de fraudare. Pecuniae namq; referenda sunt ad iustitiam, iustitia vero ad uitae alterius praemium. Sed antequam disputationem de iustitia prosequamur, considerandum moneo singula sub allegoria quadam a Platone disponi. Primo quidem Cephalus senex. i. caput, sicut disputationi caput. Deinde Polemarchus, quod et nomen eius significat, princeps. i. primus moderate pugna aggreditur. Deniq; Thrasymachus, id est pugnator ferox agit asperius. Socrates autem, id est seruator potens ubique ab errore oes, & iniustitia seruat. Sed allegoriam commentarius relinquens ad definitionem iustitiae iam pergamus. Simonidem, Pittacum, Biantem, dixisse serunt iustitiam esse vera fieri, ac debitum vicinique reddere. Quod quidem ita nonnulli interpretantur: Simpliciter verum cuiuslibet aperire, & quod acceperit, restituere. Id autem ideo Socrates improbat, quoniam insano neq; omnino verum patefaciendum est, neque arma reddenda sunt quae sanus dum erat apud te deposuerat. Alij sic exponunt: Dare vicinij quod sibi conuenit, ceu amicis emolumentum, inimicis vero damnatum, prodesse quidem bonis, malos autem ledere. Id iterum improbat, propterea quod neminem vnquam ledere deceat. Quicunque enim aliquid ledit, id ipsum ad opus suum propriamq; virtutem deterius efficit, & ineptius. ut qui canem ledit, ad propriae canis virtutem redit ineptum. Iustitia vero hominis virtus est. Quisquis ergo ledit hominem, ad iustitiam facit deteriorem. At iustitia iustitiam nunquam minuit, sicut neq; musica opus musica destruit. Quamobrem non est insensibilem aliquid ledere. Inter haec Thrasymachus, quod & alij multi aliter, obiicit Socrati, quod respondere nunquam velit, semper autem interrogare. Te vero latere non debet multis de causis. Socrates quaerere solitum semper potius quam docere. Prima, ut argentes admoneret in omni etate discendum esse potius quam docendum. Secunda, ut significaret veritatem mentibus per opportuna inquisitionem segregatis a corpore atque erroribus, statim insensibilem vnitus. Quod & Anticenna magnopere approbat. Tertia, ut ostenderet rerum formas esse a se nostris ingenitas, per quas ipsa rerum veritas animis per interrogationem ad eas conuersis quandoque subiret. Quarta, quo declararet humanam scientiam in negatione quasi falsi potius quam in veri affirmatione consistere. Adducitur deinde finitio iustitiae a Thrasymacho, qualis & a Canicle in Gorgia esse quod est potentioribus vile. Semper enim potentiores dominantur ad utilitatem suam ferre leges, ac subditos gubernare. Tunc vobis dicit insite agere, cum illis parent legibus, quae sunt ad utilitatem gubernantium constitutae. Socrates hunc ad contradictionem tradit. Quonia possit princeps per ignorantiam mandare quae sibi sunt detrimenta futura. Quae si obseruet priuatus, tum insensibilis erit, quae dominantibus pareat: tum iniustus, quonia agit contra dominantium utilitatem. Addit arte quamlibet absolutam, ideoq; minime indignam, in tractandis materijs, & hominibus, non suae, sed rerum sibi committendarum utilitati consistere, quasi pupillis tutor, medicus aegris, nautis gubernator: similiterq; magistratum legitimum subditorum utilitati prospicere. Si qua vero ars ceu medicina mercedem exigit, non quaerit medicina est, cuius finis est morbi curatio, quae scilicet facit, sed quatenus cum mercenaria quadam & quaestuarie consistit. Artes ergo ciuilem omnium perfectissimam, ideoq; minime indignam atq; seruilem constat multo minus utilitatis gratia gubernare. Natio quae Thrasymachus temere, & cum quadam suimet repugnantia adducit contra iustitiam. Tu vero nota non decere quenuquam petere principatum, & magistratus ambire. Item, si quando bonorum virorum esset ciuitas, non aliter pugnaturus gratia non imperandi, quam nunc certent imperandi cupiditate. Tria vero nunc aduerte. Primum, malos non esse admitteudos ad magistratum. Secundum, ciues non malos, qui libenter graue onus gubernandi suscipiant inuitandos, imposito quodam premio stipendij atque honoris. Tertium, probos homines qui neque auaritia, neque ambitione mouentur, eo duntaxat discrimine metuq; prouocari ad rem oportere, ne videlicet ipsi deteriorum iniustae gubernationi subiiciantur. Plato diuinus intelligit, si quis vnquam alius, officij gubernandae patriae, si iustum sit, voluntarium esse debere. Sed pbatisimam ciuis exemplo nullo inquam illorum arrogantiam improbare, qui quilibet via semper ambiunt magistratus, dignitatesq; aucupantur. Quia vero ratione dignitatibus ipsi digni sunt, oino non curant. Vult ergo id officij voluntarium esse simul atque necessarium, ut vir pbatisimus libentissimè patriae suae suscipiat gubernacula, sed tunc solum id faciat, quando necessitas postulat, interea vero ceteram contemplationem praestat actioni: verum rebus quandoque urgentibus actionem circa publicum bonum ad tempus contemplationi propriae anteponat. Id totum ex epistola Platonis ad Archytam Tarentinum comprehendendi planissime potest. Confutatur deinceps tyrannicis Thrasymachi dictis, iustitiam quidem in genere inspicere malique, iniustitiam vero